



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici Semestria duo

Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici Semestre alterum -
Cum Indicibus

Strauch, Johann

Jenae, 1674

Cap. XIX. Ad cap. VIII. & XI. de Transact.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10241

parte 13. cujus initium est: Nobis in eminenti speculâ disponente domino constitutis. Item c. 15. de decimis & c. 9. de censibus in primâ collectione. Ant. August. notis ad primam collectionem.

Cap. VI. suppletur in scriptio. Capitulum exhibetur integrum.

Capitulum sextum in primâ collectione ita inscribitur: Idem venerabilibus fratribus R. Eboracensi Archiepiscopo Apostolicæ sedis Legato & R. Wigornienfi Episcopo. Capitulum ita orditur: Ex literis vestre Fraternitatis accepimus, quod cum olim inter R. & A. super Ecclesiâ de Ministria, (Gregoriana, de Vult. forsan, de Wiltoniâ, pago proximo Sarisberiam urbem, ubi cœnobium Monachorum ordinis Benedictini, alii de Ministro, de Ministri) & Capellâ de Torhec (in Barcinonenfi, Torstolhec, alibi Torstollis) ad eandem Ecclesiam pertinente coram Te, frater Episcopo, q. i. f. d. a. G. q. t. e. A. p. in c. & t. i. f. t. jam pridem f. f. post transactionem idem veniens ad præsentiam nostram & s. m. c. c. n. e. t. i. c. ad Dumelmum (Duellinum, Divellinum, cujus meminit Hovedenus annal. parte post. p. m. 561. n. 21. Vellinum, Legc, Dunelmium vel Dunelmensem.) Episcopum & Decanum Eboracensem, si benè meminimus super eandem Ecclesiam & capellam tacitâ veritate de transactione ipse G. l. n. i. C. a. i. G. & Responsales prædicti R. in nostrâ deinde præsentia fuissent constituti, nos ex literis vestris veritatem super his cognoscantes, & attendentes etiam, quomodo præfatus G. non inficiabatur s. t. i. e. n. f. t. c. l. i. obtinuit e. f. præscripta E. & capellâ auctoritate Apostolicâ silentium imponimus, & memoratum R. ab ejus impetitione auximus absolvendum.

CAP. XIX.

Ad cap. VIII. & XI. de Transact.

S U M M A R I A.

- | | |
|----------------------------------|--|
| 1. <i>Varia lectio.</i> | 4. <i>Hypothesis Capituli.</i> |
| 2. <i>Capit. ult. emendatur.</i> | 5. <i>Latinorum in Oriente brevis dominatus.</i> |
| 3. <i>Johannes Columna.</i> | |

Varia lectio.

Alexander III. Abbati de Strapho, & Priori de Phœbi. Ita Raymundus. MSCrus unus Jenensis: *De Stanfor & Prio-*

ri de Febi. Alter: *De Stanfor.* Et *Priori & dephebi.* Gregoriani in notis: *de Stanpho & Priori de Plib.* A. Augustinus in fecundâ collectione, *de Stanfort & Priori de Esibili.* Et in margine: *De Esebi.* Ego jam capite præcedenti monui, eandem hanc esse inscriptionem, quæ habetur in *capite IV. anteriore.* Meminit castri Stanford Henricus Huntindoniensis *lib. 8. pag. m. 397. n. 52.* In *compil. I. Abbati de Stradefort.*

Inscriptio capituli ultimi ita integrari debet: Johanni, tituli S. Praxedis, Presbytero Cardinali, Apostolicæ sedis legato: Fuit is Johannes Columna Romanus, creatus ab Honorio III. anno 1216. *Vide Volaterranum lib. 22. Antropol. & Onuphrium lib. 4. c. 22. de Basil. Lateran.*

Agit autem hoc capitulum de dissensu Ecclesiæ Græcæ & Latinæ. Digna sunt, quæ integrè legantur, quemadmodum Emendatores Gregoriani capitulum totum representant. In specie quærebat Johannes, quomodo puniendus esset Neoportensis Archidiaconus, qui quibusdam eundi cum mercibus in Alexandriam contra statutum concilii generalis licentiam de facto tribuebat. Respondit Honorius, quod debeat in humaniorem partem inclinare, propter statum Latinorum adhuc in oriente debilem. Prudenter! Brevi enim duravit hæc Latinorum potestas, sub Michaelæ Palæologo recuperatâ CPoli & Latinis ejectis.

Cap. ultim.

emendatur.

Johannes

Columna.

Hypothesis

capituli.

Latinor. in

oriente

brevis do-

minatus.

CAP. XX.

Ad tit. XXXVII. de postulando.

SUMMARI A.

1. Connexio tituli cum superioribus.
2. Rubrica in prima compilatione habet aliter.
3. Advocati & patroni causarum differunt.

Post pacta & transactiones agitur de postulando, ordine in jure civili observato. Leges Duodecim: *Rem ita nē patenti cum superioribus.*

M 3

Ca- bus.